

wurden, weil sie nicht in das Konzept aufgenommen waren. Es sind diese demnach Beurkundungszeugen, welche bei Fertigung der Kopie noch nicht feststanden. Bei A ist das S. des Bischofs (jetzt zerbrochen) links unten, Raum lassend für die Zeugen, aufgedrückt, bei B, dessen Text beginnend mit den Worten *impressione — noverit*, mit welchen die Urkunde schließt, auf die Rückseite geschrieben ist, erscheint das S. tief unten aufgedrückt und an Pergamentstreifen befestigt, um den Nachtrag zu ermöglichen, der aber hier unterblieben ist. Die Urkunde war danach bis auf das S. 5 vorausgefertigt, um dann öffentlich unter Beteiligung der Zeugen vollendet zu werden. Vergl. Ficker, Beiträge 1,85. 2,97 und Posse, Lehre von den Privaturk. S. 13 und 90.

: In nomine sanctę et individue trinitatis. Ego Bertoldus dei gratia sanctę || Nuemburgensis ecclesię episcopus: | tam presentibus quam futuris in per||petuum. Notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, qualiter miles quidam || nomine Heithenicus | de 10 Retherowe conventionem factam cum preposito de Rezowe^{a)} de cura ecclesię in sua villa constructę et de beneficio | prestando hoc egit cum marchione Dedone et impetravit, quod duos mansos sui beneficii in villa, quę dicitur Goliz, quos et ipse marchio a nobis tenuit in beneficio, libere et absolute nobis resignavit ea conditione et rogatu, quod eosdem mansos ecclesię Rezowensi^{b)} ad usum ibidem deo famulantium conferremus dimidium pro 15 restauratione iii^{c)} villarum scilicet Retherowe, Prominiz, Nutnize, Mordiz, ut respectum habeant de cura animarum et de sepultura ad eandem ecclesiam et ad sacerdotem, quem ibi prefecerit prepositus et investierit, tam de cura quam de beneficio, quod sui iuris est, que filia est et esse debet sue matricis ecclesię^{d)} scilicet Rezowe^{a)}. Alterum et dimidium idem prepositus comparavit ab eodem Heithenico sedecim marcis. Libenti itaque animo 20 eadem bona recepimus et tam pro remedio anime nostre quam pro petitione ipsius marchionis eidem cenobio contulimus et manu propria super altare sanctę Marię obtulimus, banno quoque nullo contradicente confirmavimus. Et ut magis rata sint et inconvulsa permaneant, quę fecimus, litteris pagine huius sigilli nostri inpressione^{e)} signatis roborare curavimus. Si quis autem hec^{f)} infringere et sibi usurpare aliquid de bonis his scilicet 25 de omnibus, quę vel in villa vel circa villam sunt in agris vel in arboribus et arbustis pratis et pascuis vel in omnibus ad eundem Heithenicum prius pertinentibus, temptaverit, anathemate perpetuo plectendum, nisi resipiscat, se noverit. Horum testes sunt canonici de Nuemburg. Poppo et Heinricus. Gerardus sacerdos de Strale. Vthericus notarius episcopi. Tammo burchra- 30 vius de Strale et Vthelricus frater eius. Heinricus patruus eorum. Reinhardus de Lutunewiz et Ruthengerus frater eius^{g)}.

565.

Konrad, Markgraf der Ostmark, erklärt, daß die ihm als Stiftsvogt in den der Propstei Zeitz gehörigen Orten zustehenden vogteilichen Befugnisse von ihm und seinen Nachfolgern nicht überschritten 35 werden sollen.

1191 März 17.

Hdschr.: Kop. Pap. Cop. Cizense (Saec. XV.) fol. 11b. Stiftsarchiv Zeitz. Phot. H. St. A.
Gedr.: Lepsius, Bischöfe von Naumburg 1,262.

Conradus dei gracia Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Scriptum est ‚Pacem et veritatem diligite‘; proinde que ad pacem et indempnitatem 40

564. a) Riezowe B. b) Riezowensi B. c) quatuor. d) ecclesię B. e) inpressione B. f) hec B. g) Horum — eius fehlt B.